

eorum altero vel alia quacumque persona emissis renuntiarent omnino, ita ut, si quid ex-  
 tune ex parte predictorum militum super bonis eisdem prolatum fuerit instrumentum,  
 inefficax habeatur et vacuum et omni virtute cassatum, de dampnis vero et iniuriis illatis  
 ecclesie eam exhiberent satisfactionem, quam ego lantgravius, adiunctis mihi Alberto de  
 Aldenburg et Meinhero de Misna buregraviis, decernerem exhibendam. Promulgato 5  
 itaque per nos in presentia honestorum virorum arbitrio milites sepius memorati secundum  
 formam sibi prescriptam pro se suisque complicibus renuntiaverunt actionibus, petitionibus,  
 exceptionibus, instrumentis suis omnique iuris beneficio, quod eis in causa prememorata  
 tune poterat vel posset in posterum suffragari, et sic tam facto quam dicto utrobique  
 approbatum est arbitrium et receptum. Ut autem super bonis, que in questione fuerant, 10  
 certitudo plenior habeatur, distinctionem terminorum, quam in antiquis scriptis invenimus,  
 huic scripto duximus inserendam. Situs autem illorum iste est, ubi torrens Bethscowa  
 versus aquilonem decurrit in Milde fluvium et ultra Bethscowam, quantum ad usus  
 piscinarum sufficit tendens supra, ubi iactus est cumulus iuxta cuiusdam fontis rivulum  
 in Bethscowam labentis. Inde tendit a cumulo in cumulum usque in vallem Zmolidol, 15  
 que Teutonice dicitur Harzdal, per quam rivulus tenuis labitur usque in predictum Milde  
 fluvium. Verum ne quis in posterum de sopita controversia redivivam litem suscitet,  
 adhibitis testibus subscriptis cum appensione nostrorum sigillorum presentem manuscrip-  
 tionem sub anathemate roboramus. Huius rei testes sunt: Theodericus abbas de Liunia.  
 Albertus prepositus de Rizowe. Waltherus prepositus de sancta Cruce. Marcolphus, 20  
 Heinricus capellani episcopi Hildensheimensis. Wilhelmus parrochianus de Strele.  
 Berwardus plebanus de Hagen et alii plures de ordine cleri. Laici autem: Heinricus  
 prefectus de Donin. Albertus prefectus de Aldenburg. Meinherus prefectus de Misna.  
 Albertus prefectus de Dewin. Wolfuinus prefectus de Cicc. Theodericus prefectus de  
 Kireberg. Theodericus iunior de Kappellendorpf. Sifridus prefectus de Lizenic. Her- 25  
 mannus de Seonenburg. Wilferus de Pesna. Arnoldus de Zbore. Rudegerus Borke.  
 Rudolfus de Repin. Godefridus de Owelebe et alii quam plures. Acta sunt hec omnia  
 in Misna anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto, indictione  
 undecima, iiii. kalendas decembris sub abbate Ludegero; feliciter amen.

(S.)

(S.)

(SFR.)

30

## 333.

*Landgraf Ludwig beurkundet dieselbe Angelegenheit. Vergl. No. 332. Meißen, 1224 Nov. 28.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 262. S., an rothen Seidenfäden, = Taf. XII. 3.*

*Ann.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 21.*

:In nomine sancte et individue trinitatis. Ludeuicus dei gratia lantgravius 35  
 Thuringie et palatinus comes Saxonie Celle sancte Marie in perpetuum.: | Ad presentis  
 atque future generationis transmittimus noticiam, quali modo proluxa disceptatio, que pro  
 quarundam possessionum terminis et super | quodam nemore inter conventum fratrum de